BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315
Seite 214r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



QUS.

suam: et tangens eum ait illi: Vo
lo mundare. Et cum dixisset: statim
discessit ab eo lepra. et mundatus est.
Et monans illi ait illi: Vide ne cui dixe
ris: sed vade ostende te principi sacerdo
tum: et offer pro emundatione tua.
que preceptum moyses in testimonium
illis. At ille egressus cepit predicare.
et diffamare sermonem: ita ut iam
non posset manifeste introire
in civitate: sed foris in deserto locis esse.
et veniebant ad eum undique. ·y.

Et cum introisset Capln.
capharnaum per dies octo.
et auditum est quod in domo
esset: et venerunt multi. ita ut non
caperet neque ad januam et loquebatur
eis verbum. Et venient ferentes ad
eum paralyticum. quem quatuor
portabant. Et cum non possent of
ferre eum illi per turbam nudaverunt
tectum ubi erat: et patefacientes
submiserunt grabatum in quo
paralyticus iacebat. Cum vidisset
autem iesus fidem illorum: ait: fili di
mittuntur tibi peccata. Erant autem illic
quidam de scribis sedentes. et cogitan
tes in cordibus suis. Quid hic sic lo
quitur? Blasphemat. Quis potest
dimittere peccata nisi solus deus?
Quo statim agnito iesus spiritu quia
sic cogitabant intra se: dixit illis.
Quid ita cogitatis in cordibus vestris?
Quid est facilius dicere paralytico
dimittuntur tibi peccata. an dicere: surge
et tolle grabbatum tuum et ambula? Ut
autem sciatis quia potestatem habet
filius hominis in terra dimittendi
peccata: ait paralytico. Tibi dico: su
rge. tolle grabbatum tuum: et vade in
domum tuam. Et statim ille surrexit.
et sublato grabbato abiit coram
omnibus: ita ut admirarentur omnes.
et honorificarent deum dicentes: Ma
nifestum sic vidimus. Et egressus
est iterum ad mare: omnis turba
veniebat ad eum: et docebat eos.
Et cum preteriret vidit levi alphei
sedentem ad theloneum: et ait illi.
Sequere me. Et surgens secutus est
eum. Et factum est cum accumberet
in domo illius: multi publicani
et peccatores simul discumbebant
cum iesu. et discipulis eius. Erant
enim multi qui sequebantur eum. Et
scribe et pharisei videntes quia man
ducaret cum publicanis et peccato
ribus: dicebant discipulis eius. Quid
cum publicanis et peccatoribus
manducat et bibit magister vester?
Audito iesus ait illis. Non ne
cessum habent sani medicine: sed qui male
habent. Non enim venit vocare iustos.
sed peccatores. Et erant discipuli
iohannis et pharisei ieiunantes. et ve
niunt et dicunt illi. Quare discipuli
iohannis et pharisei ieiunant. tui autem
discipuli non ieiunant? Et ait il
lis iesus. Numquid possunt filii
nuptiarum cum dum sponsus cum illis
est ieiunare? Quanto tempore habent secum
sponsum non possunt ieiunare?
Quanto tempore habent secum sponsum non
possunt ieiunare. Venient autem
dies cum auferetur ab eis sponsus.
et tunc ieiunabunt in illis diebus.
Nemo assumentum panni rudis as
sumit novum in vetus. Alioquin auferet
supplementum novum a veteri. et ma
ior scissura fit. Et nemo mittit
vinum novum in utres veteres. Alioquin